



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tribunal Poenitentiæ Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut
Reo Posterior De Confessario Ut Judice**

Stoz, Matthäus

Anno M.DC.LXXXIX.

De Circumstantia Quomodo?

urn:nbn:de:hbz:466:1-37144

qualitas est, quod locus sit sacer, vel profanus, publicus vel non.

De circumstantia Quibus auxiliis?

43. Significat hæc partim instrumenta propriè dicta, quibus homo ad peccandum utitur, ut sunt gladius, sclopétum, aut alia arma, quibus ad homicidium committendum uteris: partim media (sive deinde ea sive res sacræ, ut Sacramenta, reliquiae Sanctorum &c. sive non, sive etiam alias jam vetitæ, sive non) quibus ad intenti finis consecutionem uteris, ut, si furetis ad faciendam eleemosynam; mentiaris ad tuam vel alienam vitam conservandam; ores, confitearis ad captandam vanam gloriam; rem sacram adhibeas ad homicidium, vel quocunque aliud peccatum perpetrandum &c. Ad hanc circumstantiam pertinet auxilium & interventus aliarum rerum animatarum, præcipue hominum, quorum operam ad finem malum quæsivisti, eoque proinde ad operis societatem, vel jussu, vel suasu, vel consilio sollicitasti.

De circumstantia Cur?

44. Huc propriè loquendo non spectant aliae peccatorum causæ, sed sola finalis, quæ ex parte intellectus moveret, & suggerit rationem seu motivum, quo possumus respondere interroganti, cur hoc aut illud fecerimus. Nomine autem hoc non intelligitur finis intrinsecus, ipsius operis, sed extrinsecus, id est, is, in quem actus seu opus refertur non ex se, sed ex intentione ipsius operantis: quisque enim ex suo arbitrio potest sibi sui operis alium finem præstituere, præter illum, qui in

ipso opere reperitur: ut, si deteleemosynam, non tantum quia alienam miseriā sublevat (qui est ipsius operis intrinsecus finis) sed propter vanam gloriam: hic enim finis extrinsecus est respectu eleemosynæ, utpote cui nimis accidentale est, ad hunc vel illum finem ab operante referri. sic enim furti finis potest esse ebrietas, cum quis nimis furatur, ut inebriari possit: nec enim furtum aliter ordinatur ad ebrietatem, quam quia per illud hanc aliquis intendit. Similiter studium vellitus finis esse potest omissionis sacri, ex precepto audiendi; cum neque quis omittit sacrum, ut studijs vel lusui operam dare queat; non enim omissionis ista ad studium refertur, nisi ex ipsius operantis voluntate. Sic ex intentione quandóque etiam ipsa sacri auditio, cum ad finem malum ordinatur, v.g. ut turpi alloquio vel aspectu frui, quis possit, viatatur.

De circumstantia Quomodo?

45. Significat hæc modum operis, non substantiale, qui videlicet ad substantiam actionis aliqua ex parte spectat, qualis est violentia, sed accidentalem tantum, seu cum actu ipso per se non coniunctum. Huc spectat intensio aut remissio actus; item an ex scientia, vel malitia, an ex ignorantia vel passione metu vel dolo, clam vel aperte aliquid fiat. Ad eundem peccandi modum spectat etiam, an quis peccarit ex confuetudine: an dum exercuit actu turpem, ac venereum gestaverit reliquias Sanctorum ex colluspendas, &c.

De